



Una & fide probabili tibi gloria & potestas in saecula saeculorum amen.

**INCIPIT LIBER SEXTUS DE HIEREMIA DICTA PRESENTE
IMPERATORE APUD QUEM ET INTERCEDIT PRO QUODA
PERICLITANTE FELICITER**

Uentrem meum uentrem meum doleo & sensus mei turbati sunt. ac in quibusdam locis sermonum suorum hieremias eximus prophetarum. plenus misericordiae. & deflens populum istum incredulitatem. qua alienus efficiebatur adu. Uentrem in hoc loco animam suam hominans tropicis legitur. Ita enim in multis locis sacrae scripturae reperies. siue pro eo quod occultus est & inuisibilis in hominibus uenter. & aequae ut anima a conspectibus lateat. Siue quia similiter suscipit uerbi cybos. & per singula quaeque membra dispensat & diuidit. Quod enim agros uenter. hoc & uerbum gerit in anima. Sensus autem quos sibi esse dicit turbatos. puto quod motus & cogitationes animae dicat. & eos precipue motos quos ex sensibus corpora libus capit. Pro quibus precipue iusti quique per turbantur & dolent. & pro humanis miseris inflammantur. Si uero & corporales qui sensus intellegat quos dicit esse turbatos. non mihi satis uidetur errare eo quod scilicet & oculis & auribus uidentes & audientes. mala per turbantur & indignentur. Qui utique desiderium gerunt uidere illa quae oculis non uidentur. & audire quae auribus non audiuntur. & cogitare quae in cor hominis non ascenderunt. Verum quo quomodo quis accipiat. dolere & iustus uentrem suum. & per turbatur sensibus suis. dum ferre non potest quae patitur ists. Quemcumque illum uellis intellegere ists. siue eum qui secundum carnem est. siue eum qui secundum spiritum. pro quo propheta & iam fontem lacrimarum requirit. & mansionem ultimam in deserto. & secedere. ad loca deserta cupit. ut aliquantum tristitia de quo quatur. & internum doloris uulnus exaltet. per quietem & silentium. lamentans ists. Eodem quoque & iam beatus dauid in angustiis positus paulo ante dicebat. Quis dabit mihi pinnas ut columbae & uolabo & requiescam. Columbae pinnas requirens. tamquam leuiore & uelociore. talibus enim motibus sancti aguntur. siue per hoc sancti spiritus gratiam uel adiumenta deposcent. per quem solum possibile est effugere mala. ut & ipse per gratiam spiritus